BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 274r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et erit in loco ubi dictum est eis. non
plebs mea uos. ibi uocabuntur filii
dei uiui. Ysaias aut clamat pro
isrl. Si fuerit aut numerus fili
orum isrl. tamquam harena maris
reliquie salue fient uerbum enim
dei consumens et abbreuians in
equitatem. quia uerbum breuia
tum faciet dominus sup terram
Et sicut predixit ysaias. Nisi domi
nus sabaoth reliquisset nob semen
sicut sodoma facti essemus. et sicut
gomorra similes fuissemus. Quid
ergo dicemus. quod gentes que non
sectabantur iusticiam. apprehende
runt iusticiam aut que ex fide est
Isrl. uero sectando legem iusticie in
legem iusticie non peruenit. Quare. Quia
non ex fide. sed quasi ex operibus. Of
fenderunt enim in lapidem offensio
nis sicut scriptum est. Ecce pono
in syon lapidem offensionis. et petram
scandali. et omnis qui crediderit
in eum non confundetur. X

Fratres. Voluntas quidem
cordis mei. et obsecratio ad
deum fit pro illis ad salutem
Testimonium enim perhibeo illis. quia
emulacionem quidem habent dei. sed
non secundum scienciam. Ignoran
tes enim dei iusticiam. et suam uolen
tes statuere. iusticie dei non sunt
subiecti. finis enim legis xpus ad iusti
ciam omni credenti. Moyses enim
scripsit. quoniam iusticiam que ex
lege est. qui fecerit homo uiuet in ea
Que aut ex fide est iusticia sic dicit
Ne dixeris in corde tuo. quis ascendet
in celum. id est xpm deducere. aut
quis descendet in abyssum. hoc est
cristum a mortuis reuocare. Sed quid
dicit scriptura. Prope est uerbum
in ore tuo. et in corde tuo. hoc est uer
bum fidei quod predicamus. Quia si
confitearis in ore tuo dominum ihe
sum cristum. et in corde tuo credide
ris quod deus illum excitauit a mor
tuis saluus eris. Corde enim creditur
ad iusticiam. ore aut confessio fit
ad salutem. Dicit enim scriptura.
Omnis qui credit in eum non confun
detur. Non est enim distinctio iudei et
greci. Nam idem dominus omnium
diues in omnes qui inuocant illum
Omnis enim quicumque inuocauerit
nomen domini saluus erit. Quomodo
ergo inuocabunt eum in quem non
crediderunt. aut quomodo credent ei
quem non audierunt. Quomodo aut
audient sine predicacione. Quomodo
uero predicabunt nisi mittantur.
sicut scriptum est. Quam speciosi
pedes euuangelizancium pacem. euan
gelizancium bona. Sed non omnes
obediunt euuangelio. Ysaias dicit
Domine. Quis credidit auditui
nostro. Ergo fides ex auditu. audi
tus aut per uerbum cristi. Sed dico
Nunquid non audierunt. Et quidem
in omnem terram exiuit sonus eo
rum. et in fines orbis terre uerba eorum
Sed dico. Nunquid isrl. non cogno
uit. Primus moyses dicit. Ego ad
emulacionem uos ad ducam in non
gentem. in gentem insipientem. in
iram uos mittam. ysaias aut audet